

## ITALIA.

489

In Etruria qui hodie *Saltus*, vernacule *Bosco di Monte Fiacone*, Volfinio, quod vulgo *Bolsena*, Viterbum, euntibus occurrit, *Volfiniensium Lucum* ab antiquis appellatum tradit Leander. In Cimino Etruriæ Monte quom-dam, calcari paucis ob horrorem solita, fuit Silva, de qua sic Livius: *Silva erat Ciminia, magistum invia atq[ue] horrenda, quam nuper fuere Germanici Saltus, nulli ad eam diem, ne Mercatori quidem, adita, Eam intrare hand fere quisquam præter Duxem ipsum audebat*. In Latio apud Capenates *Lucus* fuit *Feronia*, quem canit Silius.

*Dives ubi ante omnes colitur Feronia Luco.* Et Sacer humectat Fluvialia rura Capenas.

Juxta Numicum Amnem *Lucus* erat *Jovii Indigeti* sacer, teste Plin. *Diana Aetolica* *Lucus* Livio est ad Agnimum Compitum. *Næviam Silvam* extra Vrbem ad quartum Milliarium fuisse notat Festus. *Camanarum Lucum* extra Portam Capenam scribit Livius. Quod huic *Algidum Nemus*, hodie *Selva del Aglio* dicitur. *Albuneam Silvam* in altissimis Tiburtinis Montibus habet Servius, aliamque in Laurentinorum agris, cognominem. *Angitia Nemus*, propinquum Albæ Marsorum fuisse, significat Virg. *Furinae Lucus*, Territorij Romani, est apud Cicetonem. *Furinarum Lucum* habet D. Victor in xi Regione Trans-Tiberina. *Furiarum Lucus* Plutarcho vocatur. *Vacana Nemora* agnoscit juxta Montem Fiscellum in Umbria Plin. Gaudent & suis Campani, cum primis *Luco Sacro & Gallinaria Silva*. *Sacer Lucus* Livio, hodie *Hami*. *Gallinariam Silvam* nominant Cic. ad Poëtum scribens & Strab. lib. v Lucanorum sunt *Silva Lucique*, *Eboli*, *Peregrinalis*, *Veliarum*. Brutiorum *Rhegius vel Reginorum Saltus*. Apulorum *Batini Saltus*. & *Lucus Gargani*. In Gallia Cis-Padana *Silva Lucina*, & *Pedanea Silva*. In Trans-Padana *Castorum Lucus*. Straboni denique apud Venetos duo sunt Luci, unus ab Iunone *Argiva cognominatus*; alter ab *Diana Aetolica*, *Opera publica*. alius ab Superiori, qui in Latio ad Anagninum Compitum. Ad *Opera publica* cum sacra tam profana ve-Sacra, nio, quæ cu.ni sunt innumera, pauca tantummodo è tanto numero delibabimus. Et ut a sacris ordiamur. Ea fane innomera pene sunt. Sola enim Roma hodie supra ccc Tempa numerat: quorum vii Religionis causa maxime frequentantur. i. S. Petri in Vaticano: sumtu, marmoribus, magnificentia, & opere omnia Orbis superans Tempa. Multa ibi singularia: Columnæ aliquot ex Templo Schelomonis advectæ: duo Ærei Pavones ex Pyramide P. Cornelij Scipionis Africani, quæ olim in Valle Vaticana fuisse dicitur, translati. Visuntur item ibi Sepulcra multorum Pontificum: Othonis quoque ii Imperatoris marmoreum. Est & Judicium Orbis supra in Sacello Pontificis, opus Michaelis Angeli. Et ut omittam reliqua, Monasteria item, Xenodochia, Nosocomia, Orphanotrophia; Quid dicam de varijs cum Pontificis & Cardinalem, tum aliorum Palatijs? pontificis in edito Vaticani loco est, situ longe augustissimum: qui relista Lateana Sede, eo ob amoenitatem loci & salubritatem commigravit. Inchoatum ab Nicolao iii, auctum post Profana. ab alijs

Qqq